

Año XXXIX. 15 de Noviembre de 1898. Núm. 22.

BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE OSMA.

Sumario de este número.—Constitución apostólica de Su Santidad el Papa León XIII sobre las leyes, derechos y privilegios de la cofradía del Smo. Rosario, (texto latino.)—Circular del Ilmo. y Rvmo. Prelado sobre la devoción á María Santísima en el misterio de su Concepción Inmaculada.—Edicto de órdenes generales para las Témporas de Santo Tomás Apóstol.—Circular de la Administración de Cruzada sobre relación de Sumarios expedidos.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE XIII
CONSTITUTIO APOSTOLICA
DE LEGIBUS, IURIBUS AC PRIVILEGIIS
SODALITATIS A SS. ROSARIO.

LXX. MISERICORUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ubi primum, arcano divinae providentiae consilio, ad supremam Petri Cathedram fuimus evecti, oblato conspectu ingruentium in dies malorum, Apostolici munera esse duximus expedienda salutis agitare consilia ac studere, quibus maxime modis Eccle-

siae tutelae et catholicae fidei incolumenti prospici posset.—Inter haec ad magnam Dei Matrem eamdemque reparandi humani generis consortem ultro animus convolavit, ad quam trepidis in rebus confugere catholicis hominibus praecipuum semper ac solemne fuit. Cuius fidei quam tuto sese crediderint, praedicta testantur ab ipsa collata beneficia, inter quae plura constat fuisse impetrata per probatissimam illam precandi formulam titulo *Rosarii* ab eadem in vectam et Dominici Patris ministerio promulgatam.—Solemnies autem honores eo ritu Virgini habendos summi Pontifices decessores Nostri haud semel decrevere. Quorum Nos etiam aemulati studia, de Rossarii Marialis dignitate ac virtute satis egimus copiose, Encyclicis Litteris pluries datis, vel inde a kalendis Septembribus anni MDCCCLXXXIII, cohortantes fideles, ut, sive publice sive suis in domibus, saluberrimum hoc pietatis officium augustissimae Matri persolverent et Marianis ab eo titulo Sodalitatibus sese aggregarent. Ea vero omnia nuperrime, datis litteris die v Septembbris huius anni, veluti in unum collecta, paucis memoravimus; simulque consilium nostrum patefecimus edendae *Constitutionis* de iuribus, privilegiis, indulgentiis, quibus gaudent qui piae isti Sodalitati dederint nomina. Nunc vero ut rem absolvamus, votis obsecundantes Magistri generalis Ordinis Praedicatorum, Constitutionem ipsam edimus, qua leges de huiusmodi Sodalitate latas, itemque beneficia recensentes a summis Pontificibus eidem concessa, modum decernimus quo in perpetuum salutifera haec institutio regatur.

I.

Sacratissimi Rosarii Sodalitas in eum finem est instituta, ut multos fraterna caritate coniunctos per piissimam illam precandi formulam, unde ipsa consociatio nomen mutuatur, ad beatae Virginis laudatio-

nem et eiusdem patrocinium unanimi oratione impe-trandum alliciat. Quapropter, nullo quaesito lucro aut imperata pecunia, cuiusvis conditionis excipit homines, eosque per solam Rosarii Marialis recita-tionem mutuo devincit. Quo fit, ut pauca singuli ad communem thesaurum conferentes multa inde reci-piant. Actu igitur vel habitu dum ex instituto Soda-litii suum quisque pensum recitandi Rosarii persolvit, sodales omnes eiusdem societatis mentis intentione complectitur, qui idem caritatis officium ipsi multi-plicatum reddunt.

II.

Sodalium Dominicanorum Ordo, qui, vel inde ab sui initio beatae Virginis cultui maxime addictus, ins-tituendae ac provehendae Sodalitatis a sacratissimo Rosario auctor fuit, omnia, quae ad hoc genus reli-gionis pertinent, veluti hereditario iure sibi vindicat.

Uni igitur Magistro generali ius esto instituendi Sodalitates sacratissimi Rosarii: ipso a Curia absente, subeat Vicarius eius generalis; mortuo vel amoto, Vicarius generalis Ordinis.—Quamobrem quaevis Sodalitas in posterum instituenda, nullis gaudeat beneficiis, privilegiis, indulgentiis, quibus Romani Pontifices legitimam verique nominis Sodalitatem auxerunt, nisi diploma institutionis a Magistro gene-rali vel a memoratis Vicariis obtineat.

III.

Quae anteacto tempore Sodalitates sacratissimi Rosarii ad hanc usque diem sine Magistri generalis patentibus litteris institutae sunt, litteras huiusmodi intra anni spatium expediendas current; interim vero (dummodo hoc uno tantum defectu laborent) sodali-tates ipsas, donec eaedem litterae expediantur, tam-quam ratas et legitimas, ac privilegiorum, beneficio-rum et indulgentiarum omnium participes, auctoritate apostolica benigne declaramus.

IV.

Instituendae Sodalitati designata aliqua ecclesia Magister generalis deputet per consuetas litteras sacerdotem sui Ordinis: ubi Conventus Sodalium Dominicanorum desint, alium sacerdotem episcopo acceptum.—Eidem Magistro generali ne liceat facultates, quibus pollet, in universum et absque limitatione commitere Provincialibus, aliisve aut sui aut alieni Ordinis vel Instituti sacerdotibus.

Facultatem revocamus a fel. rec. Benedicto XIII Magistris Ordinis concessam (1), delegandi generatim Provinciales *transmarinos*. Indulgemus tamen, rei utilitate perspecta, ut earumdem provinciarum prioribus, vicariis, praepositis missionalibus potestatem faciant instituendi certum Sodalitatum numerum, quarum accuratam rationem iis reddere teneantur.

V.

Sodalitas a sacratissimo Rosario in omnibus ecclesiis publicisque aediculis institui potest, ad quas fidelibus accessus libere pateat, exceptis monialium aliarumque piarum mulierum vitam communiter agentium ecclesiis, prout sacrae romanae Congregationes saepe declararunt.

Quum iam ab Apostolica Sede cautum sit ne in uno eodemque loco plures existant sacratissimi Rosarii Sodalitates, Nos ejusmodi legem iterum inculcamus, et ubique observari iubemus. In praesenti tamen, si quo in loco plures forte existant, rite constitutae, sodalitates; facultas sit Magistro generali Ordinis ea de re pro aequitate iudicandi. Ad magnas vero urbes quod attinet, plures in iis, uti iam ex indulgentia provisum est, haberi possunt titulo Rosarii Sodalitates, ab Ordinariis pro legitima institutione Magistro generali proponendae (2).

(1) Constit. *Pretiosus*, die 26 Maii 1727.

(2) S. C. Indulg., die 20 Maii 1896.

Quum nulla habeatur sacratissimi Rosarii Sodalis-
tas princeps, cui aliae minores aggregentur, hinc
nova quaevis huiusmodi consociatio, per ipsam sui
canonicam institutionem particeps fit indulgentiarum
omnium ac privilegiorum, quae ab hac Apostolica
Sede aliis per orbem sodalitatibus eiusdem nominis
concessa sunt.—Eadem ecclesiae adhaeret, in qua
est instituta. Quamvis enim Sodalitatis privilegia ho-
mines spectent, tamen indulgentiae complures, eius
sacellum vel altare adeuntibus concessae, uti etiam
privilegium altaris, loco adhaerent, ideoque sine spe-
ciali Apostolico indulto neque avelli possunt neque
transferri. Quoties igitur Sodalitas, quavis de causa,
in aliam ecclesiam deduci contigerit, ad id novae
litterae a Magistro generali expetantur. Si autem,
destructa ecclesia, nova ibidem aut in vicinia aedi-
cetur eodem titulo, ad hanc, quum idem esse censea-
tur locus; privilegia omnia atque indulgentiae tran-
seunt, nulla requisita novae sodalitatis institutione.
—Sicubi vero, post institutam canonice in aliqua
ecclesia Sodalitatem, Conventus cum ecclesia Prae-
dicatorum fuerit extructus, ad ecclesiam eius Con-
ventus Sodalitas ipsa, prout de iure, transferatur.
Quod si, peculiari aliquo in casu, de hac lege re-
mittendum videatur, facultas esto Magistro generali
Ordinis pro sua aequitate et prudentia opportune
providendi; integro tamen sui Ordinis iure.

Ad ea, quae supra decreta sunt, quaeque natu-
ram ipsam et constitutionem Sodalitatis attingunt,
quaedam accedere poterunt, quae ad bonum societa-
tis regimen conferre videantur. Integrum est enim
sodalibus *statuta* sibi condere, sive quibus tota regatur
societas, sive quibus aliqui ad peculiaria quaedam
christianae pietatis officia, collata etiam pecunia, si

placuerit. saccis assumptis vel secus, excitentur. Ceterum quaevis horum varietas non obest quominus indulgentiae possint acquiri a sodalibus, dummodo ea praestent, quae iis lucrandis ab Apostolica Sede praecepta sunt. Addita tamen huiusmodi statuta episcopo dioecesano probentur, eiusque moderationi transeant obnoxia; quod Constitutione Clementis VIII *Quaecumque* sancitum est.

VIII.

Rectorum electio, qui nempe Sodalitatis membra in piam societatem recipiant, eorum rosariis benedicant, omnibus denique fungantur muneribus praecipuis, ad Magistrum generalem vel eius Vicarium, uti antea, spectet; de consensu tamen Ordinarii loci, pro ecclesiis clero saeculari concreditis.

Quo autem Sodalitati conservanda melius propiciatur, Magistri generales ei rectorem praeficiant sacerdotem aliquem, in ecclesia, ubi est instituenda Sodalitas, certo munere fungentem vel certo frumentum beneficio, illiusque in hoc sive beneficio sive munere in posterum successores. Si qualibet ex causa, desint; Episcopis, uti iam est ab hac Apostolica Sede sancitum (1), facultas esto ad id munericis deputandi parochos *pro tempore*.

IX.

Quum haud raro peropportunum, quin etiam necessarium videatur, ut sacerdos alius legitimi rectoris loco nomina inscribat, coronis benedicat aliaque praestet, quae ad ipsius rectoris officium pertinent, Ordinis Magister rectori facultatem tribuat subdelegandi, non generatim quidem, sed in singulis casibus, alium idoneum sacerdotem, qui eius vices gerat, quoties iusta de causa id opportunum iudicaverit.

(1) S. C. Indulg., die 8 Ian. 1861.

X.

Item, ubi Rosarii Sodalitas eiusque rector institui nequit, Magistro generali facultas esto designandi alios sacerdotes, qui fideles, indulgentias lucrari cupidos, Sodalitati propinquiori aggregent, et Rosariis benedicant.

XI.

Formula benedicendi Rosarii, seu Coronae, usu sacrata, inde a remotis temporibus in Ordine Sodalium Dominicanorum praescripta et in appendice romani Ritualis inserta, retineatur.

XII.

Etsi quovis tempore nomina possint legitime inscribi, optandum tamen ut solemnior illa receptio, quae, sive primis cuiusque mensis dominicis, sive in festis maioribus Deiparae haberi solet, apprime servetur.

XIII.

Unicum sodalibus impositum onus, citra tamen culpam, est Rosarium unaquaque hebdomada cum quindecim mysteriorum meditatione recitandum.

Ceterum sua Rosario genuina forma servetur, ita ut coronae non aliter quam ex quinque aut decem aut quindecim granorum decadibus coalescant: item ne aliae cuiusvis formae rosarii nomine appellantur; denique ne humanae reparationis mysteriis contemplandis, usu receptis, meditationes aliae sufficiantur, contra ea quae iamdiu ab hac Apostolica Sede decreta sunt, id est, qui ab his consuetis mysteriis meditandis recesserint, eos Rosarii indulgentias nullas lucrari (1).

Sodalitatum rectores sedulo curent ut, si fieri possit, quotidie, vel saltem quam saepissime, maxi-

(1) S. C. Indulg., die 13 Aug. 1726.

me in festis beatae Virginis, ad altare eiusdem Sodalitatis, etiam publice Rosarium recitetur; retenta consuetudine huic Sanctae Sedi probata, ut per gyrum cuiuslibet hebdomadae singula mysteria ita recolantur: *gaudiosa* in secunda et quinta feria; *dolorosa* in tertia et sexta; *gloriosa* tandem in dominica, quarta feria et sabbato (1).

XIV.

Inter pios Sodalitatis usus merito primum obtinet locum pompa illa solemnis, qua, Deiparae honorandae causa, vicatim proceditur, prima cuiusque mensis dominica, preecipue vero prima Octobris; quem morem, a saeculis institutum, S. Pius V commendavit, Gregorius XIII inter *laudabilia instituta et consuetudines* Sodalitatis recensuit, multi denique summi Pontifices indulgentiis locupletarunt (2).

Ne autem huiusmodi supplicatio, saltem intra ecclesiam, ubi temporum iniuria extra non liceat, unquam omittatur, privilegium a Benedicto XIII Ordini Praedicatorum concessum, eam transferendi in aliam dominicam, si forte ipso die festo aliqua causa impediatur (3), ad omnes Sodalitatum sacrissimi Rosarii rectores extendimus.

Ubi autem propter loci angustiam et populi accusum ne per ecclesiam quidem possit ea pompa comode duci, indulgemus, ut, per interiorem ecclesiae ipsius ambitum, sacerdote cum clericis piae supplicationis causa circumeunte, Sodales, qui adstant, indulgentiis omnibus frui possint eidem supplicationi annexis.

(1) S. C. Indulg., die 1 Jul. 1839 ad 5.

(2) S. Pius V. *Consueverunt*, die 17 Sept. 1569; Gregorius XIII *Monct Apostolatus*, die 1 Apr. 1573; Paulus V *Piorum hominum*, die 15 Apr. 1608.

(3) Constit. *Pretiosus*, die 26 Mai 1727, § 18.

XV.

Privilegium Missae votivae sacratissimi Rosarii, Ordini Praedicatorum toties confirmatum (3), servari placet, atque ita quidem ut non solum Dominicaniani sacerdotes, sed etiam Tertiarii a Poenitentia, quibus Magister generalis potestatem fecerit Missali Ordinis legitime utendi, Missam votivam «*Salve Radix Sancta*» celebrare possint bis in hebdomada, ad normam decretorum S. Rituum Congregationis.

Ceteris vero sacerdotibus in Sodalium album ads-
citis, ad altare Sodalitatis tantum Missae votivae
celebrandae ius esto, quae in Missali romano pro
diversitate temporum legitur, iisdem diebus ac supra
et cum iisdem indulgentiis. Harum indulgentiarum
sodales etiam e populo participes fiunt, si ei sacro
adstiterint, culpisque rite expiatis vel ipsa confes-
sione vel animi dolore cum confitendi proposito, pias
ad Deum fuderint preces.

XVI.

Magistri generalis cura et studio, absolutus atque
accuratus, quamprimum fieri potest, conficiatur index
Indulgentiarum omnium, quibus romani Pontifices
Sodalitatem sacratissimi Rosarii, ceterosque fideles
illud pie recitantes cumularunt, a sacra Congregatio-
ne Indulgentiis et SS. Reliquiis praeposita expen-
dendus et Apostolica auctoritate confirmandus.

Quaecumque igitur in hac Apostolica Constitu-
tione decreta, declarata, ac sancita sunt, ab omnibus
ad quos pertinet servari volumus ac mandamus, nec
ea notari, infringi et in controversiam vocari posse
ex quavis, licet privilegiata causa, colore, et nomine:
sed plenarios et integros effectus suos habere, non

(3) Decr. S. C. Rit., die 25 Jun. 1622;—Clemens X *Caelestium munerum*, die 16 Febr. 1671; Innocentius XI *Nuper pro parte*, die 31 Jul. 1679, cap. X, nn. 6 et 7; Pius IX in *Summarium Indulg.*, die 18 Sept. 1862, cap. VIII, nn. 1 et 2.

obstantibus praemissis et, quatenus opus sit, Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, Urbani VIII aliisque apostolicis, etiam in provincialibus ac generalibus Conciliis editis Constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione apostólica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ac praescriptionibus: quibus omnibus ad praemissorum effectum specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo octavo, sexto nonas Octobris, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

C. CARD. ALOISI-MASELLA PRO-DAT.—A. CARD. MACCHI
VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

Loco  Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. CUGNONIUS

CIRCULAR NÚM. 32.

A NUESTROS AMADOS DIOCESANOS.

Acércase el día en que la Iglesia nuestra Madre celebra la fiesta de la Concepción Inmaculada de la Santísima Virgen. En ese misterio ha sido siempre honrada la Madre de Dios con santo y religioso entusiasmo por la Católica España, que aclama y venera como excelsa Patrona á la Virgen Inmaculada. Motivos especialísimos existen hoy para que los españoles, que lloramos con lágrimas de dolor y amargura las desdichas de la Patria, dirijamos nuestras miradas á la que es consuelo de los afligidos y con tanto el fervor de nuestros corazones le digamos: «*Regina sine labe originali concepta, ora pro nobis.*

Reina concebida sin pecado, ruega por nosotros.» Estamos tristes porque también lo está la Pátria nuestra madre, y no podremos alegrarnos como en otros tiempos nos alegrábamos. Pero ya que no podemos celebrar los triunfos de la madre Pátria, sin que de ella nos olvidemos hemos de levantar los ojos al Cielo para contemplar otra madre que allí tenemos, la Virgen sin mancilla, y celebrar, como hijos buenos, sus triunfos y glorias, que también son celebrados por los Angeles. Aquel feliz instante en que fué concebida Inmaculada la Virgen de quien habló Isaias, saludado fué por los Angeles con acentos y voces de júbilo, y fué para los hombres momento venturosísimo, debiendo alegrarse en él como nos alegra la aurora que precede al astro del día. Los Patriarcas y justos de la antigua ley habían suspirado porque llegase, y cuando los Profetas anunciaban en sus vaticinios al Divino Redentor, no se olvidaban de su bendita Madre, que en el mismo Paraíso fué prometida para aplastar la cabeza de la serpiente infernal. Esta venenosa víbora enróscase sanguinaria en las inteligencias y corazones de muchos, comunicándoles el virus maligno y ponzoñoso de la incredulidad, del error, de la indiferencia y de la corrupción.

Hay que pisotear su cabeza, y lo conseguiremos invocando con fe á María Inmaculada; poniéndonos bajo su patrocinio, implorando su protección, honrándola con ferviente piedad y veneración, y amándola con ternura y devoción, y procurando que la gracia de que siempre estuvo llena el alma de María también adorne y santifique nuestras almas; que no hay bien más estimable ni don más precioso que la gracia, como no hay mal que sea comparable al pecado.

En honra de la pureza y Concepción inmaculada de María celebrábanse desde muy antiguo en la Igle-

sia Católica fiestas y cultos solemnísimos, y venía siendo aspiración y deseo constante que la general creencia de su preservación de la culpa original fuese elevada á dogma y artículo de fé; pero entre todas las Naciones descolló España en celebrar la Concepción Inmaculada de la Santísima Virgen, y ningún otro pueblo suspiró con tantas ánsias por la definición dogmática del misterio, ni celebró con tanto entusiasmo el fausto suceso de la definición, ni se mostró tan regocijado en aquel venturoso día, 8 de Diciembre de 1854, ni recibió con tanta gratitud el solemne decreto del inmortal Pontífice Pio IX, que puso en las sienes de María la más brillante corona, proclamando su Inmaculada Concepción como punto y artículo dogmático. Todavía en aquella ocasión mostróse España, como era la antigua España, que debe todas sus glorias á la fé católica; la España del Pilar de Zaragoza y Covadonga.

¿Qué debe de hacer hoy España? ¿Qué debemos hacer los hijos de esta infortunada Nación, antes tan grande y esplendorosa, hoy tan pobre y abatida? Debemos volver nuestros ojos á la Virgen Inmaculada, que es Madre de clemencia, y rogarle que vuelva á nosotros y nuestro pueblo los suyos misericordiosos. Debemos prepararnos á celebrar la fiesta de su Concepción purísima con una conciencia pura, libre de pecado, y con fé ardiente y devoción amorosísima. Esto queremos y recomendamos con el mayor encarecimiento; que se celebre con gran piedad y la mayor solemnidad posible esa fiesta tan grande para la Religión y principalmente para España; que nuestros amados Párrocos procuren que á la fiesta preceda en sus Iglesias una devota Novena en honor de María Inmaculada; que exhorten á sus feligreses, como Nós de todo corazón les exhortamos, para que en el día de tan augusto y consolador misterio reciban los Santos Sacramentos de Penitencia

y Comunión, con lo cual podrán ganar la Indulgencia plenaria que hay concedida. Y por nuestra parte, concedemos cuarenta días de Indulgencia á nuestros fieles diocesanos que los reciban, así como también otros cuarenta días por cada acto piadoso á que asistan en honor de la Virgen Inmaculada, ya durante la Novena, ya en el día de la fiesta, autorizando para que pueda exponerse á Su Divina Majestad durante los cultos que se celebren en el día de la festividad. Que este día sea un día de piedad fervorosa y especial devoción en honra de la Virgen Inmaculada, y lo será también de gracias extraordinarias y bendiciones celestiales para las almas.

Al ser concebida María, los Angeles, viéndola pura y hermosa, más que ellos mismos, dirigiéronla aquella tierna salutación con que más tarde el Arcángel San Gabriel le anunció el más grande de los misterios: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Digámosla también nosotros con todo el fervor de nuestros corazones: *Dios te salve, María, llena eres de gracia;* lo estuviste siempre y desde el momento en que fuisteis concebida. Sea por siempre bendita la limpia, pura é inmaculada Concepción de María Santísima. Y repitiendo las palabras, que á todas horas y como precioso término de sus devociones tienen en sus lábios los buenos cristianos, digámosla también reverentes y con mucha frecuencia, esta jaculatoria que á la Madre de Dios y Madre nuestra, están grata: *Ave María purísima; sin pecado concebida.*

Burgo de Osma 15 de Noviembre de 1898.

† JOSÉ MARÍA, Obispo de Osma.

Esta Exhortación será leída por los Sres. Párrocos y encargados de la cura de almas en el ofertorio de la Misa del primer día festivo.

EDICTO PARA ÓRDENES GENERALES.

D. MANUEL MARIA VIDAL BOULLÓN,

Presbítero, Dr. en Sagrada Teología, Canónigo
Archivero de esta Santa Iglesia Catedral y Se-
cretario de Cámara y Gobierno del Obispado.

HAGO SABER: Que Su Sra. Ilma. y Rvma. el Obispo, mi Señor, ha determinado, contando con el favor divino, celebrar Ordenes generales mayores y menores el día 17 de Diciembre próximo, *Témpora de Santo Tomás Apóstol*. En su consecuencia se ha servido disponer que los sujetos que aspiren á recibirlas, hayan de hacerlo con arreglo á las prescripciones siguientes:

Primera. A la *Prima Clerical Tonsura* serán admitidos los Seminaristas internos y externos, que hayan cursado el último año de Filosofía. A *Ordenes Menores* los que hayan probado primero de Sagrada Teología. Al *Subdiaconado* y *Diaconado* los aprobados de segundo de la misma Facultad en la carrera breve y tercero en la lata. Y al *Presbiterado* los que estén aprobados ya en el segundo y cuarto respectivamente.

Segunda. Los interesados presentarán en esta Secretaría de Cámara y Gobierno antes del día 25 del corriente sus solicitudes, dirigidas al Ilmo. y Rvmo. Prelado, escritas y firmadas de su puño y letra, expresando en ellas su edad, naturaleza, orden que pretenden recibir y año que cursan en el Seminario; punto donde residen sus padres ó encargados, debiendo manifestar además con toda claridad y distinción los puntos en que el aspirante haya residido fuera de ésta Diócesis de Osma *por más de tres meses*, y los que hubieren sido militares expresarán también el cuerpo á que pertenecieron y el tiempo y puntos en que hicieron el servicio, debiendo en

estos dos casos acompañar las correspondientes Letras testimoniales.—No será admitida instancia alguna pasado dicho plazo, así como tampoco las que no vinieren acompañadas de todos los documentos correspondientes, que son:

A. Para *Prima Tonsura*. Partidas de Bautismo y de Confirmación. Certificación de conducta y vocación eclesiástica expedida por el Párroco del aspirante, y certificación de Estudios.

B. Para *Ordenes Menores*. Título de Tonsura, nota autorizada de la Secretaría de Estudios acreditando el año que cursa el aspirante, y certificación de conducta expedida por el Párroco ó el Rector del Seminario, con expresión de la frecuencia de Santos Sacramentos y asistencia á las funciones religiosas.

C. Para el *Subdiaconado*. Partida de bautismo, título de órdenes menores, certificación de Estudios, y de hallarse interno en el Seminario, certificación de conducta como para las órdenes menores, y además los documentos necesarios para acreditar la completa exención del servicio militar, la posesión del Beneficio eclesiástico, Capellanía ó Patrimonio Canónico, ó en su defecto, la oportuna dispensa apostólica del título de ordenación.

D. Para el *Diaconado*. Título de Subdiácono y certificaciones de haber ejercido el orden y observado buena conducta con expresión de haber frecuentado los Santos Sacramentos á lo menos semanalmente.

E. Para el *Presbiterado*. Partida de Bautismo, título de Diácono y certificación de haber ejercido el orden, y la de conducta, como para el Diaconado y además certificación de Estudios.

Tercera. Los aspirantes al Subdiaconado y Presbiterado habrán de sufrir respectivamente un examen teórico-práctico de liturgia sobre el rezo del oficio divino y celebración de la Santa Misa en los días 29

y 30 del corriente, y además los Subdiaconandos sufrirán otro exámen de canto llano en los mismos días; y el 1, 2 y 3 de Diciembre serán los generales sobre materias de Teología Dogmática y Moral.

El 6 del expresado mes á las 11 de la mañana comparecerán todos los ordenandos ante S. Sria. Ilma. y Rvma. y pasarán enseguida á ésta Secretaría de Cámara á recoger sus publicatas. El día 7 por la tarde entrarán á practicar los santos Ejercicios en el lugar que se les designe.

Burgo de Osma 5 de Noviembre de 1898.

DR. MANUEL MARIA VIDAL,
Canónigo Secretario.

ADMINISTRACIÓN DE CRUZADA DE LA DIÓCESIS DE OSMA.

Los Sres. Párrocos y Ecónomos de esta Diócesis se servirán manifestar á esta Administración, en el término de un mes á contar desde esta fecha, el número de Sumarios expendidos y sobrantes en sus respectivas parroquias, correspondientes á la predicación de 1898, entendiéndose que, el que omita hacerlo en el plazo prefijado, es porque en su parroquia fueron expedidas todas las que se remitieron.

Al propio tiempo se servirán hacer el pedido de las que consideren necesarias para la próxima predicación de 1899, procurando en lo posible evitar nuevos pedidos, por lo que pueden señalar alguna más de las que crean necesarias, puesto que todas las sobrantes que resulten se admiten y son de abono en esta Administración.

Burgo de Osma 12 de Noviembre de 1898.

El Administrador Delegado,
EUSTAQUIO MARQUÉS.